

Electronic Manipulus florum Project
www.manipulusflorum.com

Predicacio f
cum uariis

Predicator laboret ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter audiatur; et hoc se posse magis pietate oracionum quam oratoris facultate non dubitet ut orando pro se ac pro illis quos est alloqueturus sit prius orator antequam doctor et in ipsa hora accedens priusquam exerat proferentem linguam ad Deum leuet animam sitientem, ut ructet quod biberit, uel quod impleuerit fundat.

Augustinus libro IIII. de doctrina Christiana.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

facultate] facultates (*cor. sub lin.*) C; est *om.* B; in *om.* V² L¹ L²; priusquam] prius, quam L¹ L²; exerat] exeant P V¹